



SANCTISSIMO DOMINO D. N.

PAVLO V.
PONTIFICI
MAXIMO. ET
PATRI CLEMENTISSIMO.



N iterum, Beatissime Pater, *Regnum* è Francia Romam mittitur, totum aureum, gemmis ornatum, lapillisque distinctum, quale fuisse testantur Anastasius, Hincmarus, & Flodoardus, quod à Clodoueo Rege ad S.

Hormisdam transmissum est. Sic enim Clodoueam, fortissimum Principem, S. Remigius instituerat: sic eum regalis honoris primitias Deo, & eius Sacerdotibus conferendas esse docuerat. Nam sunt, qui velint primam illam coronam extitisse, quæ Regibus nostris ab Imperatore oblata est; cùm ante hæc tempora, Franci Reges dissimili diademate sua tempora coronarent. Æmulamur, quantum possumus, maiorum nostrorum laude dignissimam religionem: nec veremur, ne in hac parte degeneres arguamur, si nos quoque Pontifici Regij verticis ho-

*Anastasius
in Hermisf.
Hincmar.
in vita S.
Remig.
Flodoard.
lib. 1. Hist.
Eccles. Reg-
menf. ca. 19.
in S. Reg-
mig.*